PAVLVS PP III

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.
Morbio 25 (23)

Dilecte fili Salt et aplicam Ben. Cum sicut nobis exponi fecisti tu iam Senio confectus non speres ex certis causis cum animi tui quiete et Sana conscientia in ordine Sancti Benedicti Congregationis Beate Marie
Montis oliueti qui expresse professus es amplius remanere posse. Pro parte tua nobis fuit humiliter supplicatum, ut tibi extra dictum ordinem comorandi licentiam concedere, alsq; tibi in premissis opportune proui
dere de benignitate aplica dignaremur. Nos qui Religiosorum quorumcunq; votis ut eo feruentius Altissimo valeant famulari quantum cum deo possumus libenter annuimus, dilecti filij nostri Pauli St. Eustachij
Diaconi Carlis ordinis ac Congregationis prædictorum Protectoris qui pro te super hoc nobis humiliter supplicauit Supplicationibus inclinati, tibi, ut de tui Superioris petita licet non obtenta licentia extra
monasterium ac quemcunq; alium rlarem locum dicti ac cuiusuis alterius ordinis in loco tamen conuenienti et honesto Sub tuo rlari habitu absq; conscientiæ scrupulo ac alicuius licentia viuere et permanere libere
et licite possis et valeas autoritate aplica tenore presentium concedimus et Indulgemus, Ac te a superioribus tui ordinis aut quibusuis alijs personis ut ad monasterium Seu regularem locum redeas cogi non posse
neq; debere decernimus. Et nihilominus Venerabilibus fribus Casertan et Gaietan ac Cesenaten Epis per pntes committimus et mandamus qtus ipi vel duo aut vnus eorum per se, vel alium seu alios faciant
autoritate nra te concessione et Indulto præmissis pacifice frui et gaudere. Non permittentes te desuper contra presentium tenorem quomodolibet molestari perturbari aut inquietari. Contradictores quoslibet et re
belles per censuram ecclasticam aliaq; iuris opportuna remedia appellatione postposita compescendo. Non obstan fe. re. Boni. pp. viij. prædecessoris nostri de vna, et Concilij generalis de duabus dietis, dumodo
ultra tres Dietas aliquis autoritate presentium ad iudicium non trahatur, alijsq; constitutionibus et ordinationibus aplicis ac ordinis et Congregationis prædictorum Iuramento confirmatione aplica vel quauis firmi
tate alia roboratis, Statutis et consuetudinibus priuilegijs quoq; Indultis et lris aplicis per quoscunq; Roman Pontces prædecessores nros et nos ac sedem aplicam in præiudicium pntium quomodolibet concessis, confir
matis et innouatis et Maremagnum et Bulla aurea vel als quomodolibet nuncupatis, et si in eis caueatur expresse q ordinis et Congregationis predictoz fres in aliqua Ciuitate loco, seu oppido ubi aliquod monaste
rium seu conuentus eiusdem ordinis etiam pretextu quarcunq; litterarum aplicarum et in forma Breuis, et motu proprio eis pro tempore concessaru morari non possint, et si ibidem moram traxerint ab eis lre auferri, et
ipi carcerari possint. Quibus omnibus etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis eorq; totis tenoribus Specialis Specifica, expressa, indiuidua, ac de verbo ad verbu non aut per clas generales id importan mentio
seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma seruanda foret, et in eis et caueatur expresse q illis nullatenus, aut non nisi sub certis modo et forma aut nullatenus derogari possit, Illoz omniu
tenores pntibus pro expressis et insertis habentes illis als in suo robore permansuris hac vice duntaxat harum Serie specialiter et expresse derogamus contrarijs quibuscunq;. Aut si superioribus et fribus dicti ordinis
vel quibusuis alijs communiter vel diuisim ab Aplica sit sede indultum, q interdici, suspendi, vel excoicari non possint per lras aplicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de Indulto hmoi men
tionem. Dat Rome apud Sanctum Petrum Sub Annulo Piscatoris, Die. xxij octobris. M D XXXV. Pont nostri Anno Primo

L. de Torres

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1867446758-12/fragment/page=0001
DFG

estoca

XXIX, 202

Dilecto filio Raphaeli de Vbertis ordinis
Sancti Benedicti professori

Morbio 25 (23)

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle

24/ 1535. 22. 6.
Paul III 3a Br. ...
Raphael de Ubertis

M. de Tad

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1867446758-12/fragment/page=0002
DFG